

egyptium percipientem quendam de he-
breis fratribus suis. Cumq; circumspex-
isset huc atq; illuc et nullum adesse vi-
disset: percussit egyptium abscondit sa-
bulo. Et egressus de altero conspexit du-
os hebreos rixantes: dixitq; ei qui facie-
bat iniuriam: Quare percussit primus
tuus? Qui respondit: Quis constituit te
principem et iudicem super nos? Num oc-
cidere me tu vis sicut heri occidisti egypti-
um? Timuit moyses et ait: Quomodo
palam factum est verbum istud? Au-
divitq; pharao sermonem hunc: et que-
rebatur occidere moysen. Qui fugiens de
conspectu eius: moratus est in terra ma-
dian: et sedit iuxta puteum. Erant autem
sacerdoti in madian septem filie: que vene-
rant ad hauriendam aquam: et imple-
tis canalibus ad aquam cupiebant gre-
ges patris sui. Supervenere pastores: et
eiecerunt eas. Surrexitq; moyses et de-
fensis puellis ad aquam oves earum.
Que cum revertisset ad raguel patrem
suum: dixit ad eas: Cur velocius veni-
stis solito? Responderunt: Vir egypti-
us liberauit nos de manu pastorum.
Insuper et haurit aquam nobiscum: po-
tumq; dedit ouibus. At ille: Ubi est in-
quit? Quare dimisistis hominem? Glo-
cate eum ut comedat panem. Iuravit
ergo moyses quod habitaret cum eo. Acce-
pitq; sephoram filiam eius uxorem: que
 peperit ei filium quem vocavit gersan di-
cens: Aduena fui in terra aliena. Alte-
rum vero peperit: quem vocavit eliezer di-
cens: Deus enim patris mei adiutor
meus: et eripuit me de manu pharaonis.
Post multum vero temporis mortuus
est rex egypti. Et ingemiscerunt filii isra-
el: propter opera vociferati sunt. Ascenditq;
clamor eorum ad deum ab operibus: et
audiuit gemitum eorum ac recordatus
est federis quod pepigit cum abraam ysa-
ac et iacob. Et respexit dominus filios israel:
et liberauit eos.

Moyses autem pascebat oues ieruo loceri sui sacer-
dotis madian. Cumq; minas-
set gregem ad interiora deserti: venit ad
montem dei oreb. Apparuitq; ei domi-
nus in flamma ignis de medio rubi: et
videbat quod rubus arderet et non combu-
reretur. Dixit ergo moyses: Quidam et
videbo visionem hanc magnam: quare
non comburatur rubus. Cernens au-
tem dominus quod pergeret ad videndum:
vocauit eum de medio rubi: et ait. Moyses
moyses. Qui respondit. Adsum. At
ille: Non appropies inquit huc. Sol-
ue calciamentum de pedibus tuis. Lo-
cus enim in quo stas terra sancta est. Et
ait: Ego sum deus patris tui: deus abra-
am: deus ysaac: deus iacob. Abscondit
moyses faciem suam. Non enim aude-
bat aspicere contra deum. Cui ait do-
minus: Vidi afflictionem populi mei
in egypto: et clamorem eius audivi: pro-
pter duritiam eorum qui presunt operi-
bus. Et sciens dolorem eius: descendi
ut liberarem eum de manibus egyptio-
rum: et educam te de terra illa in terram bo-
nam et spatiosam: in terram que fluit la-
cte et melle: ad loca chananei et ethei et
ammorrei et pherezeei et euei et iebusei.
Clamor ergo filiorum israel venit ad
me: vidiq; afflictionem eorum qua ab
egyptiis opprimuntur. Sed veni et mit-
tam te ad pharaonem: ut educas popu-
lum meum filios israel de egypto. Di-
xitq; moyses ad deum: Quis sum ego
ut vadam ad pharaonem: et educam fi-
lios israel de egypto? Qui dixit ei. Ego
ero tecum: et hoc habebis signum quod mi-
serim te. Cum educeris populum me-
um de egypto: immolabis deo super mon-
tem istum. Ait moyses ad deum. Ecce
ego vadam ad filios israel: et dicam eis.
Deus patrum vestrorum misit me ad
vos. Si dixerint mihi: quod est nomen
eius: quid dicam eis? Dixit dominus